



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Consilia || Salomonis, || Sive || Collecta Salomonis || Axiomata

Maxime Necessaria Homini, ut se ipsum sapienter dirigat ; E Gallico In
Latinum versa, revisa & amplicata per Auctorem, cum Indicibus
necessariis

Cureau De Lachambre, Pierre

Coloniæ Agrippinæ, 1694

6 Zelus & iracundia minuunt dies, & ante tempus senectam adducet
cogitatus. Eccl. 30.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37935

num est inter opera potentiae Dei, eo die
quo creavit orbem, nempè homo, in
quo totus homo conspirat ad amandum
suam obligationem & virtutem.

Deus aliquibus gratis largitur suam
prudentiam, ab aliis autem vult, ut eam
mereantur. Major pars illam per ora-
tionem obtinuit; & medium securissi-
mum illam obtinendi est audire consilia
ejusdem Sapientiae. Estque ex eo jam
quisque sufficienter prudens, dum inci-
pit illorum instructiones & regulas se-
qui.

REGULA SEXTA.

*Zelus & iracundia minuunt dies, &
ante tempus senectam adducet
cogitatus. Eccl. 30.*

PARAPHRASIS.

*Si vis dignè servire Deo, & usque ad
mortem conservare devotionem & in-
nocentiam, fac id quod sapientes fa-
ciunt, pro conservanda sanitate: possi-
de pacem internam, & ne perturberis
ullo negotio aut passione; zelotypia,
cholera, invidia nil aliud in homine
efficiunt,*

efficiunt, quàm ut destruant suam
 salutem, & minuant suam vitam. Ex
 cessus affectionis aut applicationis
 aliquod negotium quamvis laudabile
 perficiendum, non minus est pericu-
 lus, quam alie inquietudines; omnia
 enim violentum in nostra anima
 impellit ad peccatum, & nos trahit
 ad ipsam sepulturam. Nihil immo-
 tale aut gloriosum, quam quoddam
 tranquillum.

REFLEXIO.

CAve ab omni nimia complacencia
 cujuscunque rei, etiam tuæ obli-
 gationis, pariter ab omni forti cogitatione
 & applicatione cum impatientia & ma-
 jori desiderio.

Habetantùm moderationis & perser-
 vatis supra tuam personam, ut possit
 te dici, quod negotia tua cum ratio-
 ne tractes, quod opereris cum inclinatio-
 ne & complacencia, & quod respicias
 successus cum indifferentia.

Non dico ut sis insensibilis. Oportet
 ut habeas passiones, & ut tuæ passiones
 sint ferventes. Oportet ut tui equi
 ter

cernè impellantur ad cursum. Te por
debet esse in consilio, & indifferentia in
ratione. Et in hoc consistit pulchri-
tudo vitæ humanæ, ut quis videat in no-
stris actionibus & desiderijs ardorem
magnanimum & nullam præcipitatio-
nem.

Deus sine omni perturbatione agit
ea, quæ agere tenetur ut Deus, & est si-
cut sol in medio cœli, semper occupa-
tus cum infinitis operibus, & tamen sem-
per tranquillus.

Sis ejus umbra in horologio solari
hic in terris. Progredere, & eas eò, quò
tua obligatio te vocat. Fac ea quæ face-
re tenetur is, qui regit aliquam domum,
aut civitatem, vel statum, aut qui regit
actiones Populorum. Sed sis tam sapiens,
& ita tranquillus, ut appareat per tuam
modestiam & tranquillitatem, quod sis
in perfecta pace, nullam habens indis-
cretam sollicitudinem.

REGULA SEPTIMA.

*Fatus statim indicat iram suam, qui
autem dissimulat injuriam, calli-
dus est. Prov. 12.* PARA-



Handwritten notes in red ink on the book's spine, including the word 'milia' and other illegible characters.